

B. M. II, 177. h. 49, 21. x 1881 548

II m
543

DISCURSUS HISTORI-
CO-POLITICUS

DE EQU-
STRIBUS OR-
DINIBUS;

EX VARIIS VARIORUM
*autorum, variarumq; antiquitatum
monumentis in publicis productis*

à
D. C. S. S. A. P.



ROSTOCHI
Ære Johannis Hallervordij,
Litteris Hæredum Richelian:
1623. exscriptus.

8



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

PH



E

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.
- 8.
- 9.
- 10.
- 11.

Ex hi
ribus

C



PRIMA PARS ORDINUM E-
QUESTRIUM.

CAP. I.



Questris ordo triplex; 1. CLEMAT Milites vel Equites Torquati; 2. Spirituales equites. 3. Equites aurei calcaris.

CAP. II.

Equites seu milites Torquati Italiae Cavalieri de gli ordini di collana dicti, cleinodij vel aureis Catenis ornati Undecim electi sunt:

1. Equities aurei velleris.
2. Periscelidis alias Cateriorum.
3. S. Michaëlis.
4. Annunciationis Mariae.
5. Menae orbicularis seu versatilis.
6. Stella.
7. Della banda.
8. Della genetia.
9. Histricis.
10. Crescentis Lunae.
11. Sancti Spiritus.

Ex hisce omnibus sex ordines sublatis sunt, seu ex sequentibus percipere licet.

CAPUT III.

CLEMAT oder Söldenflus/SöldenSchöppe oder Söldel
Lämbleins/ordo equitū aurei velleris Italicè del. To-
sone PRIMARIUS ORDO ritè dicitur, cum eo Reges &
Princi

Principes nãtur. Hũc ordinẽ Philippus Dux Burgundiã Anno 1429. decimo Jan. Bruggã in honorem nuptiarũ tunc temporis cum Isabellã Reginã Portugaliã celebratarum instituit, atq; Princeps ejusdem vel Primarius esse voluit; adductus historiã Gedeonis Jud. c. 6.

Equites hujus ordinis gestant aureas catenas cum aureo agno & hac inscriptione: *PRECIUM NON VILE LABORUM.* Fuerunt viginti quinque; quorum numerus à Carolo Quinto Successore usq; ad quinquaginta auctus. Ad creandum istiusmodi Equitem Imperatori vel Regi jus præsentandi; Equitibus verò electio competit.

CAPUT IV.

A Duce Burgundiã veluti autore 66. leges vel articuli Equitibus aurei velleris præscripti sunt, de quibus videatur Hieron. Megiser. lib. 1.

CAPUT V.

S ECUNDUS ORDO Periscelidis aliã Cateriorum dictus, Anglicè order of the garten oder Rosenbendel fasciã crurulis margaritis ornata, & sub levo crure ligatã glauci coloris existentis cũ hac inscriptione: *HONI SOIT, QUI MAL Y PANSE,* à Rege Angliã Eduardo (qui Comitissam Adelheit à Salisbert amavit, & in choreã decimas ejus fascias crurules à terrã sumpturus tunicam simul apprehendit, & crura enudans risum movit) indignantis comitissã causã institutus est Anno 1351. Numerus equitum quadraginta, gestantium pallios glauci coloris & monile cum equitis Divi Georgij Leone, qui hujus ordinis patronus habetur, ejusq; festum 23. Aprilis celebratur. Archimagister hujus ordinis est Rex Angliã.

CAPUT

CAPUT VI.

2

LEges seu articuli hujus ordinis viginti novem reperiuntur apud Jeron. Megis. d. lib. 4. vid. etiam Francisc. Sansovin.

CAP. VII.

TERTIUS ORDO MICHAELIS à Rege Galliarum Ludewico Undecimo Anno 1469. institutus, qui per cap. 10. Danielis, vel ut alij, cum parens ipsius Rex Carolus Septimus effigie Michaëlis usus fuerit, adductus est.

Equites hujus ordinis utuntur aureo monili aureis Ostreis ornato. Numerus equitum triginta Sex. Primarius est Rex Galliarum.

CAPUT VIII.

LEges vel articuli hujus tertij ordinis Septuaginta existunt. de quib. vid. Jeron. Megis. d. lib. 1. & Franc. Sansovin.

CAP. IX.

QUARTUS EQUESTRIS ORDO annunciationis Beatae Mariae virginis Cavalieri della Nonciata ab Amadeo Sexto comite Subaudiae Anno 1370. in memoriam victoriae, in suppetijs Archimagistro Fulco à Villaret Anno Christi 1310. contra Ethnicos praestitis, obtentae, institutus, & ducum Subaudiae crux in rubro signo ordinis Johannis ab eo impetrata est. Equites quindecim ordinati, gestantes aureum collare cum appendicibus hisce literis signacis F. E. R. T. id est, fortitudo ejus Rodum tenuit. In aurea catenâ pender aureum Meday cum

A 3

annus

PUT



annunciatione Angeli Gabrielis, Beatæ Virgini Mariæ factâ.

Princeps vel Primarius hujus ordinis est dux Subaudiæ CAROLUS EMANUEL, cum istiusmodi ordinem Comes AMADEUS OCTAVUS, Dux Subaudiæ factus, Anno 1409. confirmavit.

CAPUT X.

Articuli vel leges hujus ordinis reperiuntur duodecim, de quibus videre licet Philibert. Pingon. in desc. Aug. Taurin. Pont. Heut. l. 4. Burgund. Hieron. Ruscell. Emblem. p. 150. Gabriel Simeon. in emblem. Julian. Taboet. de Rep.

CAPUT XI.

QUINTUS ORDO Equitum mensæ orbicularis seu versatilis, Cavalieri dello Tavola ritonda ab Arto Rege Britannia (qui semper orbiculari mensâ usus fuit, & in hunc ordinem Tristrantem & Lancilotum adoptavit) Anno 470. veluti antiquissimus institutus est. Cum verò istiusmodi ordo sublatus sit, plura de eo subijcere non lubuit. vid. Galfred. monument. lib. 9. Hect. Boët. lib. 9. hist. Scot. Robert. Canal. l. 1. perioch. 6.

CAPUT XII.

SEXTUS ORDO STELLÆ à Rege Gallia Valoiss. ejus nominis primo Anno 1351. mense Octobri Parisijs apud Divum Odoen institutus est. Equites hujus ordinis imaginem divæ Mariæ cum stellâ pallio insculptam gestarunt. Hic ordo tempore Caroli Valoiss. filij in detuetudinem abiit. vid. Nic. Vigner. tom. 3. bibl. hist. p. 524. Vinc. Lupan. qui hos equites Divi Odoeni vocat. Bern. Girard. l. 15. Johan. Til. lib. 2. Cl. Paradis. Bellofor. li. 5 cap. 16.

CAPUT

CAPUT XIII.

5

SEPTIMUS ORDO Della banda oder Rothen binde ab Alphonso ejus nominis Undecimo Hispaniæ Rege Anno 1308. institutus. Equites gestârunt in sinistro latere rubicundum fasciculum tribus digitis latum sub dextro brachio ligatum. Leges seu articuli triginta novem prædictus Rex Alphonsus hisce equitibus Anno 1312. præscripsit. Cujusmodi ordo etiam sublatus est. Vid. Anton. de Guevara lib. 1. Epist. 44. Franc. Taran. Hieron. Lili. Sylva nova part. 1. cap. 14. Andr. Tevet. Cosm. l. 13.

CAPUT XIV.

OCTAVUS ORDO Della Genetta à Carolo Marcello Imperatoris Caroli avo in Galliâ Anno 730. institutus, quem Petrus à S. Juliano in Origine Burgund. c. 28. Ordre de la Cossè de Geneste vocat, & Caroli Sexti Regis Galliæ confirmationem Anno 1405. subsequente perhibet. Hic ordo etiam prorsus est sublatus. Vid. Johan. de la Haye Baro. memor. Franc. c. 39. & Franc. Bellofor. annal. l. 5. c. 131. p. 1225. Id. Cosm. p. 1. p. 275.

CAPUT XV.

NONUS ORDO Equitum Histricis, Gallicè Chavaliers du Porcespic. à Ludovico duce in Orliens Caroli Sexti Regis Galliæ fratre Anno 1450. institutus est. Equites aureum Histricem cum hac inscriptione, COMINUS ET EMINUS, in collo gestârunt. Verùm hic ordo quoque tempore Caroli octavi Regis Galliæ in desuetudinem abiit. Vid. P. Iovi, in emblem. molica, Iohan. Tul. lib. 2.

CAPUT

CAP. XVI.

DECIMUS ORDO EQUITUM crescentis Lunæ Anno 1464, à Reimero duce in Angion utriusq; Siciliae & Hierusalem Rege institutus est. Equites singulari sericâ veste usi fuerunt, cum hac inscriptione: LOZEN CROISSANT. Verùm hic ordo mortuis ducibus in Angion sublatus est. vid. Tili. & Pont. Heuter. Belloforest li. 5. annal. 1225. And. Tevet. Col. tom. 2. p. 587.

CAPUT XVII.

Undecimus ordo Sancti Spiritus ab Hinrico tertio Galliae & Poloniae Rege 1. Decemb. Anno Christi 1579 institutus est. Equites 26. fuerunt, & auream catenam cum flammeâ cruce gestârunt. vid. Natal. Com. lib. histor. 30. p. 634. Genebrard.

in Chronol.

SECUN-



SECUNDA

PARS.

DE **EQUITIBUS CRUCIS**; QUORUM 17. reperiantur, in Germanicâ linguâ sic dicti.

CAPUT I.


1. Ordo S. Johannis.
2. Equites Germanici ordinis, etiam Hierosolymitani dicti.
3. Equites Templi.
4. Cruciferi gladiatores.
5. Antiqui Equites S. Sepulchri.
6. Novi equites S. Sepulchri.
7. Equites S. Mauritij.
8. Equites S. Lazari.
9. Equites S. Stephani.
10. Equites S. Jago.
11. Equites de Calatrava.
12. Equites Alcautaræ.
13. Equites Jesu Christi.
14. Equites di S. Maria della Redempzione.
15. Equites de Moutefia.
16. Ungarici Equites.
17. Equites di S. Maria matre Domini.

B

CAPUT

CAPUT II.

Ordo

O rdo S. Johannis Germanicè *Johanniter Ordens* Hierosolomitanscher Hospitaler, ab Hospitio, in honorem DEi, & Divi Johannis, Anno 1612. ædificato, nomen sortitus, propter victoriam contra Turcam, & recuperatam Anno 1099. civitatem Hierusalem, institutus; atq; Primus Archimagister Raymund à Poggio electus est. Hic ordo Insulam Rhodis, Nicoriam, Episcopiam, Iollin, Limoniam & Siranam Anno Christi 1308. Siranis manu militati eripuerunt & subegerunt, atq; ultra ducentos quatuordecim annos possederunt. Et licet Turcarum Imperator MAHOMET Anno 1480. cum 100000 militibus discedere coactus fuit. Mortuo verò præ moerore Mahomete, ejus Successor SOLYMAN prædictas Insulas 250000 militibus subegit, Ordini tamen Johannis pepercit, illiq; cum Archimagistro Philippo de Viviers Liladamo jus emigrandi proprio motu concessit; Qui in Candiam, postea in Italiam migravit, & Nizam atq; Siracusam occupavit, donec ei Carolus V. Anno Christi 1529. mense Julio insulam Maltam (Inde Maltesij equites dicti sunt) donavit, cum hac conditione, ut contra Turcam quatuor naves armaret, & Regē Hispaniæ &c pro defensore agnosceret. Hanc Insulam Maltam Tura 150. velis Anno Christi 1551. & 1565. frustra oppugnare conatus, maximo cum damno abeunte Iohanne de Valletta municissimam urbem Vallettam ædificavit. Equites Maltesij gestant in sinistro latere albam crucem in hac formâ . Patronus ipsorum est Iohannes Baptista. Vivunt Equites juxta Regulam Augustini, divam Virginem dictam; Promittunt obedientiam, paupertatem & perpetuam castitatem, &

quoti-

quoti-
tionil

INC
Pri
fer
indu
re, a
utunt
magi
respo
Iero
verb
stem
rata
prog
tis, c
hoc
futu
prun
quit
tus S
spe
bic
mo
nita
gen

quotidie 130. Pater noster repetunt. Priores ex octo nationibus eliguntur; 51. Archimagistros habentes.

CAP. III.

Installatio equitum Maltesiorum fieri solet hoc modo: Primo quilibet confiteri, & ad Sacram Synaxin se conferre, & quidem albo vestimento in signum libertatis indutus, coram altari ad pedes Archimagistri procumbere, atq; ardentem candelam (quâ quibusdam in locis non utuntur) manu gestare tenetur; quem interrogat Archimagister hisce verbis: Quidnam petis? Cui futurus Eques respondet, ut recipiatur in Ordinem Equitum S. Iohannis Ierosolomitani Hospitalis. Tunc Archimagister hisce verbis utitur: Rem arduam, à pluribus antiquo nobilistemmae prognatis, & singulari virtute praeditis desideratam, ijsq; dari solitam petis. Cum verò tua nobilis progenies & virtus satis superq; cognita sit, id, quod petis, consentiente Archimagistro non denegabo, ut tamen hoc ipsum, quod sum propositurus, ritè observes. Quod futurus Eques affirmat. Postea ei ensen auro insculptum tradit, inquit: Accipe hunc nobilissimum & Equite dignissimum ensen In nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti, qui tibi in omnibus succurrat, ut in charitate spe atq; iusticiâ eo trifariam instar Tridentis utaris. Orbiculare caput ensis significat mundum, ut publicum commodum in eo promovere, & hunc in ordinem defendere nitaris. Manubrium denotat Crucem, in quâ Salvator totius generis humani pependit; quo admonetur Eques, nullum

mortis periculum, redimendi bonos & pauperes, & econ-
tra injustos suppressendi causâ, tergiversari. Immissio
gladii in vaginam significat, eo saltem tempore necessitatis
utendum, & Dei clementiam in omnibus expectandam.

Hinc redditur Equis Archimagistro, qui ita Equitem
alloquitur: Castitas sit tua præcipua virtus, postea accin-
ctus gladio in nomine Dei vestigijs D. Johannis intrepidè
docentis, adimplendo divinam voluntatem, insistas. Hisce
præmissis Archimagister vel creans equitem creandum,
ter gladio circa dextram pungit, inquit; Hoc deinceps
non patiaris. Postea creans ter movet gladium in signum
victoriæ contra hostes DEI, eumq; Equiti purgandum tra-
dit, quo significatur, Equitem nullis vitijs maculatum, sed
honestum, id est, prudentem, justum, animosum atq; tem-
perantem esse debere. Insuper tangit & movet ulnas, in-
quiens, Vigilandum Equiti in Jesu Christo, & non in vi-
tijs dormiendum, sed omne honestum propositum foven-
dum. Hinc creans aurea calcaria equiti creando mon-
strat, quemadmodum duo Spirituales equites hæc
pedibus implicant, eaq; equum vigilem reddunt: ita vestrū
animum ad qualvis virtutes exuscitent, & aurum veluti cu-
jusvis mali incitamentum negligere faciant. Mox cal-
caria accinguntur, cerea candela traditur, & Eques verbum
DEI in nomine Jesu Christi audire monetur. Finitâ con-
cione creans equiti omnia adimpleta, ipsumq; in ordinem
receptum esse indicat, eiq; viduarum & pupillarum tute-
lam, innocenter incarceratorum relaxationem, & id ge-
nus alia bona opera, nec non obedientiam ordini præstan-
dam injungit, ejusq; approbationem requirit. Cui Eques
respondet, omnia approbo.

Hisce peractis Eques interrogatur: an sit are. alieno
obstr.

obstr
sit, &
Equ
den
quit
vest
(eju
huj
perp
stita
rum
tur:
Res
cum
dicit
tur;
quo
Pra
vita
non
crea
effig
stria
dine
utur
Hof
pro
nor
Sig
ritac



6
obstrictus? an desponsatus? an obligatus? an homicida
sit, & poenam evitandi causâ hunc ordinem appetat? Quod
Eques negat. Cui respondetur: Si contrarium deprehen-
derimus, hoc ordine iterum privaberis; Sin minus, te E-
quitem agnoscimus, & saltem aquam cum pane & exigua
veste pollicemur. Iures igitur ita: Iuro DEO omnipotenti
(ejusq; matri Mariæ) nec non Iohanni Baptista, & cuivis
hujus ordinis Equiti, qui mihi ab ordine commendatur, me
perpetuò obtemperaturum, & absq; proprijs bonis in ca-
stitate juxta ordinis regulam, donec vivus superero, victu-
rum. Quo juramento præstito creans Equitem ita affa-
tur: Nunc te omnes agnoscunt nostro ordine dignum;
Respondetur ab Equite: Talem me quoq; reputo. Hinc
cum omnibus suis omnium privilegiorum particeps red-
ditur, librumq; altari imponere, & noxæ reddere manda-
tur; Quod mediante osculo expedit, & pro mortuo equite
quotidiè 150. preces, Pater noster &c. dictas promittit.
Præterea vestis ordinis Equiti monstratur, quâ Iohannis
vitam, ejusq; correctionem & poenitentiam imitandam, nec
non opera misericordiæ præstanda esse significatur. Mox
creans crucem Equiti monstrat, inquit: Hæc est vera
effigies des Achtzigten Kreuzes; Puri linteoli semper ve-
stris vestibus sint infusi, addens, Eques jam factus hunc or-
dinem, quo non solùm nobiles, verùm etiam Principum filij
utuntur, singularibus virtutibus & benemeritis condecores;
Hospitale Ierololomiticum secundùm ordinis statuta cum
profusione sanguinis defendas, & hostes à finibus Christia-
norum repellas; Semperq; in bello hoc cœlestis Crucis
Signo sub poenâ exclusionis utaris. Albedo denotat pu-
ritatem. Octonarius apex, significat Octonariam beatitu-
dinem.

B 1

dinem.

dinem, si veluti ministri Iesu Christi ejus vestigijs, pios defendendo, & inimicos Christi coercendo, insistamus, quod DEUS elementer concedere dignetur.

Deinque creans appendit equiti filum vestis, hisce verbis utens: Filum vestis denotat funes, quibus noster Salvator Christus fuit ligatus, hoc est flagellum, hæ sunt tesseræ, hoc lignum, hæc spongia, hæc est Crux, in quâ nos salvati sumus. Credisne? Respondet Eques: Credo. Creans dicit: Hoc est dulce & leve jugum Domini, quo duccens in vitam æternam.

CAPUT IV.

RAymund Poggio Custos Hospitalis Ierosolomitani consensu omnium hæc statuta omnibus hujus ordinis Equitibus præscripsit. Quilibet Eques tria promittat: Castitatem, obedientiam, & ultroneam paupertatem, proprijs bonis destitutam; In specie defendat religionem & Christianam fidem; foveat justiciam, suppressis succurrat Eleemosynis, eosque tueatur: Ethnicos & Mahometanos, ceu Macabæi fecerunt, persequatur; omni virtuti operam navet; Viduas & pupillos defendat, & delinquentes puniat. Hæc regula in quolibet conventu prælegatur. Alij obligatus ne in hunc Ordinem recipiatur, & recipiendus interrogetur: an matrimonium contrahere voluerit? Nigrâ veste ad lævam, albâ cruce ornatâ utatur. Pastores & servi ignobiles concionum & servitiorum causâ cruce donantur, & ita triplices equites creantur; In bello rubrâ veste cum albâ cruce utuntur; Ex illegitimo partu prognati non recipiuntur, nisi comite vel principe & matre liberâ sint orti; Similiter Marani, Iudæi, Saraceni vel Mahometani, licet Principum filij sint; Item uxorati, homicidæ

7
cidae, vel alio crimine commaculati, repudiantur. Recipiendus tredecim annorum ad minimum, patiens, prudens & nobilis sit, nobilitatem in utraq; lineâ coram Commissarijs probet, & postea nil ei obijciatur: Pietatem colat, orret, & tribus vicibus, nempe die Paschatis, Pentecostes & Nativitatis Christi, Sacra Synaxi utatur; Quilibet profecturus peccata confiteatur; neminem impediat, ordine accedat, processiones instituat, pacem & concordiam, Archiq; Magistri & equitum incolumitatem suis ardentibus votis à DEO impetret; pro mortuis triginta vicibus Pastoris officio fungatur, ardentem candelam & obulum offerat. Sed hæc superflua. Quo tempore concio in conventu habeatur, item quod equites semper belligerantes Christianos Principes conciliare, armis abstinere, & prædictâ veste uti teneantur, Vid. Hieron. Megis in 2. parte delic. ord. equest. cap. 4. Notandum, quod prædicti Ordines in octo sint divisi, & quælibet Natio Priorem habeat, atq; hæc officia contineat. Prima Natio est provincia, in quâ Magnus Commendator est Prior, S. Aegidij, Prior Colosæ und Der Balay Moscaste.

1. Auergnon; Mariscallus Prior ibidem der Balay Lion.

3. Gallia; Hospitalis Prior Gallia, Prior in Guyenne, Prior in Schampagn, Der Balay in Mosca, Der Balay Der briser Kentmeister.

4. Italia; Ammiralis, Prior Romanus, Prior in Lombardey, Prior zu Venedig, Prior zu Pisa, Der Prior zu Barletta, Der Prior zu Messina, Der Prior zu Capua, Der Balay zu S. Euphemia; Zu S. Stephant bey Monopol zu der H. Dreyfaltigkeit; Zu Venosa, Zu S. Johan in Neapels.

5. Ara-

5. Aragon, Catolonien, vnd Navarren, Magnus^{us} conservator vel Drapir, Der Castellan zu Emposto, Der Prior in Catolonien; Der Prior in Navarren, Der Balay in Majoricâ, vnd zu Lays.

6. Anglia Turcopolis Prior Angliæ, Prior in Herma der Balay in Aquilâ.

7. GERMANIA Der grosse Balay/ Prior in Germaniâ (Hic Princeps Romani Imperij à Carolo V. declaratus) Der Prior in Boëm. Der Prior in Uogar. Der Balay in Brandenburg.

8. Castilien, Legion vnd Portugal, Der Constler/ Der Prior in Castiliâ, Prior in Portugal. Der Balay zu Bouada. Hujus ordinis Archimagister habet titulum Principis in Maltâ & Gozzo (quæ insula ei est vicina) Sigillo plumbeo uti potest, Romano Pontifici quoad religionem subiectus, quoad regionem verò Imperatorem agnoscit. Archimagister electus prædefuncti antecessoris loco usq; ad festum incarnationis Christi a venam & foenum saltem percipit; & alios redditus intereâ temporis Quæstori ordinis relinquit. Quo tempore elapso quotannis Insula Malta 10000 Ungarico florenos contribuit, & à Quæstore alijsq; ordinibus aliquot millia florenorum recipit, & decimam bellici lucri partem habet. Similiter unam Commendam pro certâ Summâ in quavis prioritate infeudat, de quib. videre licet Megiser. d. 10. ubi etiam Insulam Maltam describit. Vid. Chassan. in Catal. gl. in Antonin. Hist. p. 2. l. 17. Franc. de Rosier. tom. 4. c. 73. Jac. de Vitt. l. 1. c. 30. Bellofor. Cosm. p. 2. p. 1109. P. Æmil. l. 8. G. Tyrius l. 18. c. 5. L. Cavitell. Ann. Crē. Fascicul. Temp. Th. Garz. nella piazza univer. sal. Henric. Pantal. l. 12. Jac. Fontan. de bello Rhodio. Hicson, Comes Alexand. de bello Melitensi. Polyd. Virgil. de

IN VCL.



§
Invēt. Volaterran. l. 21. p. 486 P. Jovius l. 21. hist. Strumpff. Hel-
vet. l. 5. c. 22. Crantz Metrop. l. 9. c. 7. Joan. Boter. lib. 6.
relat. Univers. N. Nicol. l. 1. itin. orb.

CAPUT V.

Equites Germanici Ordinis vocantur etiam Hieroso-
lymitani, vel *Marioner Kreuzherren* à S. Maria Hospi-
tali Hierosol. ubi hic ordo Anno Christi 1190 exor-
tus. Germanus enim ex suis ædibus ibidem hospitale in ho-
norem Dñi & Mariae Germanorum causâ constituit. Cre-
scente verò fratrum numero Magister Electus, & nigra Crux
in albo pallio huic ordini assignata fuit. Nemo in ordinem
recipitur, nisi nobilis ex Germaniâ & Longobardis sit oriun-
dus, & contra Ethnicos vel Christiani nominis hostes bellum
gerere, atq; vitæ periculum subire & matrimonio abstinere
polliceatur. Illud hospitale Ptolomain, & equites à Pon-
tifice singularibus privilegijs etiam potestate creandi equi-
tes aurei calcaris, atq; ducatum Colm & Borussia retinen-
di à Conrado Duce in Masovia donati sunt. Imperator Fridericus
Secundus Anno 1226 hunc Ordinem confirmavit. Quo
peracto hi Equites ducatum in Germaniâ, Borussia & Li-
voniâ armatâ manu subegerunt, & tres Magistros elegerunt,
unum Archimagistrum, cui alij duo subjiuntur.

Trigesimus quartus Archimagister Albertus Marchio
Brandenb. Dux Borussia à Rege Polonia creatus Anno
Christi 1525 hunc ordinem deseruit. Hinc Equites trigesimum
quintum Archimagistrum, Dominum à Cronenberg elegerunt,
juratò promittentem obedientiam castitatē & voluntariam
proprijs bonis destitutam paupertatem, atq; egenorum
defensionem, item bellum contra Turcam.

Creans aquam panem promittit, & tres ictus addit his
verbis: *Besser Ritter das Knecht*; & ultimâ vice hunc ictum

C

in

in dorso patere, non autem deinceps ulterius. Archimaster
gister hodiernus est Archidux Austriae Maximilianus Ele-
ctus Rex Poloniae. Plura de hoc ordine vid. Seb. Monst. Cos.
l. 1. cap. 474. Aen. Sylv. in Europâ Alex. Gaguine in Chronog.
Pruss. Joh. Herbart l. 9. hist. Gio. Farragout. l. 15. hist. Tri-
them. Nic. Vigner. t. 3. bibl. histor.

CAPUT VI.

Ordo. **D**en Tempel Herrn. Hic ordo Hierosolymæ Anno
1110 capit; & licet albo-vestitu & rubicundâ cruce e-
quires à Pontifice ornati sint, potentiâ & opibus ad-
ducentos usq; annos regibus prævaluerint; tamen instinctu
Regis Galliae Philippi à Clemente quinto anno 1312 plane
sublatus est. Vid. Megis. lib. 2. de lit. equest. ordin. cap. 6. Ubi
allegat Sacellie. l. 4. & 7. Enn. 9. March. Paris. hist. Angl.
Naue. generat. 44. Petr. Mexia Silv. p. 1. c. 4. Civ. Tyr. l. 12. c.
7. Suppl. Chronic. l. 13. Fulgos. l. 1. c. 6. Antonin. T. 21. c. 10.
Platin. in vitâ Clementis. Volaterr. l. 21. Chr. Mass.

CAP. VII.

Ordo. **D**E Cruciferis gladiatoribus, vel gladio cruciatis à du-
obus sanguineis gladijs, quos in albâ veste instar
Crucis gestârunt, sic dictis, prolixè agere haud lu-
bet; cum hic ordo consensu Pontificis mutato habitu cum
templarijs in Germanicum ordinem sit translatus; vid. Cro-
mer. l. 7. Arnol. Mern. in Theatro Conserv. A. Krantz l. 7.
Sax. Naue. generat. 42. Nic. Vigner. t. 3. bibl. hist. p. 300.

CAPUT VIII.

Ordo. **D**E antiquis S. Sepulchri equitibus, qui geminâ rubi-
cundâ cruce cum Johannitan Ordinis equitibus usi
fuerunt, & ab Innocentio octavo Pontifice incor-
porati sunt, nil attinet dicere.

CAPUT

CAPUT IX.

9

DE novis S. Sepulchri Equitibus vid. Megiser. lib. 2. ^{6. Ordo}
deli. ord. equest. cap. 9.

CAP. X.

Quoniam sit modus creandi equites S. Sepulchri, quare
ve illorum sint concessiones, subjicit Megiser. d. lib.
2. deli. ord. equest. cap. 10.

CAPUT XI.

Comes Amadeus, à Sigismundo Imperatore primus, ^{7. Ordo}
Subaudia DUX factus, & in concilio Basileensi in
Pontificem electus Anno Christi 1434; Equestrem
Mauritij ordinem renovavit. Verum iste ordo ab Emanuele
Philiberto, Subaudia Duce, Anno Christi 1573. cōsensu Pon-
tificis Gregorij 13. ordini S. Lazari insertus, & quotannis
5000 aureis coronatis donatus est.

CAPUT XII.

Equestris ordo S. Lazari juxta quosdam tempore ^{8. Ordo}
Basilij Anno Christi 1360 introductus, ab eodem nec
non à Pontifice Damaso propagatus, & à Successo-
ribus Innocentio 3. & Honorio tertio Anno 1260 confirma-
tus, eiq; Augustini regula cū omnibus privilegijs, & ab Im-
peratore Friderico Barbarossa in Sicilia & Calabria, Apulia
& alibi donatis bonis, relicta est. Quem ordinem Pon-
tifex Pius 4. penè sublatum renovavit, & Jannottum Casti-
glionem Archimagistrum cōstituit, eiq; Ordini omnia alio-
rū privilegia praesertim erepta 3000 bona recuperandi, ma-
trimonium contrahendi, & viridem crucem in medio albā
Mauritij habentē gestandi concessit, & obedientiam ordini
debitā, leprosoꝝ defensionē, quoties 78 Pater noster &c.
& 55 ave Maria, nec nō die Veneris & Sabbati jejuniū injun-
xit, die Mercurij verò carnem comedere inhibuit.

C 2

Reci-

APUT

Ima
Ele-
Cof.
rog.
Tri-

nno
ce e-
s ad
nctu
lanē
Ubi
ngl.
12. c.
I. c. 1p-

à du-
star.
d lu-
um.
Cro.
z 1.7.
300.

rubi-
us usi
neor-

APUT

Recepiendus in ordinem intra 3 annos 6 menses Com-
mendam possedisse, & honesto matrimonio honestisq; pa-
rentibus, atq; nobili & Christiano, non autem Mariano Tur-
cico, Ethnico aut plebejo, artificumve stemmate progenerum,
neq; infamem, vel alicujus criminis reum esse, quotannis
200 Coronatos, quibus statum coonestare queat, ex suis re-
ditibus, percipere, neq; obaratum, vel alij ordini obstrictum
esse, probare tenetur, non viduam, sed virginem se ducturum
pollicetur. Deniq; Emanuel Philibertus Dux Subaudia: Ar-
chimagister à Pontifice Gregorio, X. huic ordini An. Chri-
sti 1573, præfectus est; hodiè Carolus Emanuel, dux Subau-
dia:, Archimagistri officio fungitur. Plura vid. Onuph.
Panvin. Thom. Garzon. P. Morigia. l. 3.

CAP. XIII.

Ordo. **C**osmus, Medices Dux in Florentz & Siene/ etiam Ma-
gnus, Dux in Tuscanâ à Pontifice Anno 1569, factus.
Ordinem Stephani, Johannitano in multis similem,
Anno 1561, instituit, & 60. Commendas ordinavit. Equites in
sinistro latere rubicundam crucem aureis filis ornata[m] ge-
stant. Vivunt juxta regulam Benedicti, orant quotidie cen-
tum Pater noster &c, & ave Maria aliquibus in festis gema-
tim. Semel matrimonium celebrant. Residet ordo in urbe
Pisâ. Primus Archimagister fuit Cosmus Medices, hodiè
Magnus Dux Ferdinandus, Cosmi filius; vid Fr. Saulon, in
famil. illust. Italiae. Ald. Manut. in vitâ Cosmi. P. Morigia.
l. 3. c. 8. Hieron. Bard. in Chronolog.

CAPUT XIV.

Ordo. **O**rdo S. Jago vel Jacobi in Compostell, seu Ordo
militum S. Jacobi de Spatâ, omnium sex Ordinum
Hispania: præcipuus, Anno Christi 1030, à trede-
cim dominis contra Moravos & Saracenos Hispaniam oc-
cupantes confederatis institutus, & ab ipsis electus Archi-
magi-

magister à multis Pontificibus confirmatus est. Equites gestant in pectore super nigrâ veste rubicundam crucem instar gladij: Conveniunt quorundam die omnium Sanctorum, & aliquot centum millia Coronatorum Singulis annis ex redditibus percipiunt; Romana Ecclesiâ decem Machim solvunt. Mortuo Archimagistro tredecim equites alium eligunt, quod officium hodiè consensu Regis Ferdinandi, & Elisabethæ hæreditarium factum, & annui redditus 120000 constituti sunt. Ultimus Archimagister fuit Philippus Rex Hispaniæ &c. Vid. Anton. Nebr. d. 1. l. 2. c. 9. Valæ in Chron. Hisp. Bern. Cor. histor. Mediol. p. 219. Damian. à Goes in. Hisp. Volater. l. 21. & Megis. lib. 2. c. 14.

CAPUT XV.

O Rdo Calatravæ nomen ab Insulâ Calatravâ nomen sortitur. Sciendum, hos equites Templarij in ^{11. Ordo.} regno Colecto successisse, & Anno 1160 à Rege Sanctio Tertio institutum esse. Equites nigrâ veste induci gestant rubicundam in pectore crucem; quotidie 65. In die Martis nocte 150. Pater noster orant; Singulis Septimanis tres dies carnales, & matrimonium contrahere ipsis permittitur. Hic ordo est potens plures Commendas habens; ipsi subicitur ordo Montester. Archimagistri officium sub Rege Ferdinando & Isabellâ hæreditarium factum est; quo Rex Hispaniæ hodiè Philippus fungitur. Annui redditus sunt 90000 Coronati aurei. Quem ordinem Pontifex Max. Innocent. 3. Anno Christi 1199 libro 2. Decretal. confirmavit. Vid. Roderic. Tolet. l. 7. c. 14. & 27. Cassan. in ead. glor. Polyd. de invent. l. 7. c. 5. Bellofor. t. 2. p. 1108. Henr. Pantal.

CAPUT XVI.

O Rdo Alcantara, ab Alcantarâ Civitate in regno ^{12. Ordo.} Castiliæ sitâ, ita dictus est.

C 8;

H 1;

pa-
Tur-
arū,
nis
s re-
tum
urū.
Ar-
hri-
au-
ph.

Ma-
tus.
em.
es in
ge-
en-
ina-
rbe
odie
n. in
igia.

ordo
num
ede-
n oc-
chi-
magi-



Hi equites perinde atq; præcedentes servant Cisterciensem regulam, & eundem cum Calatravis precandimodum retinent. In pectore gestant viridem crucem, instas Ilij. Præst huic ordini Rex Hispaniæ, qui 60000 Coronatos annuatim hinc percipit. Equites etiam dicuntur Cavalherid Avisio à Civitate Portugalia, ubi jurisdictionem habent.

CAPUT XVII.

Ordo. **O** Rdo Jesu Christi, in Portugaliâ sub Rege Dionysio Anno Christi 1326 ortus, atq; templariorum loco ita vocatus, & à Pontifice confirmatus est. Equites matrimonium contrahunt; In nigra veste rubicundam crucem gestant cum albâ appendice. Vivunt etiam juxta Cisterciensium regulam. Archimagister etiam est Rex Hispaniæ & Portugaliæ Philippus, & Maurini resident; Annuos redditus 150000 coronatos habet; Ordo est potens, ex Americâ & aliunde multis accidentalibus donatus. Abbas Alcosian regit etiam hunc ordinem, & equites eligit, ipsisq; poenas infligit, & statuta præscribit; vid. Hieron. Olor, l. 1. de reb. Eman. Ph. Bergon. l. 13. Plaut, in vitâ Johan,

CAPUT XVIII.

Ordo. **O** Rdo equitum D. Mariæ redemptionis, & de Montesia in regno Arragon. della redemptione vel della mercede à Rege Jacobo, superatis Insulis Majoricâ & Minoricâ, Anno Christi 1212. institutus, & elapsis aliquot annis à Põtifice Gregorio Nono cõfirmatus est. Equites gestant super albâ veste nigram crucem, & captivos Christianos hostium manibus eripere tenentur. Magister residet in civitate Bercellon.

CAPUT

CAPUT XIX.

ORdo Equitum à Montesià Anno 1212 in regno Valen-
tina introductus à Pontifice Gregorio Nono confirma-
tus est. Equites hujus ordinis gestant rubicundā crucē, & u-
tuntur Cisterciensi regulā: Pertinent ad Equites Calatrava.

15. Ordo

CAPUT XX.

ORdo Equitum Ungariae, crescente Turcarum sa-
vitiā, capit, qui Turcis, Græciā subactā & magnā
Ungariæ parte superatā, resistere, omneq; pericu-
lum avertere nituntur. Quidam sanguineo, vel candido, qui-
dam albo vestitu utuntur cum insertā viridi cruce.

16. Ordo

CAP. XXI.

ORdo Equestris di S. Maria Matre Domini est anti-
quus. Nam anno Christi 1264, tempore Pontificis
Urbani V. in Italiā orto inter Principes bello, à qui-
busdam nobilibus pacem poscentibus, consentiente Pontifi-
ce, Bononiæ & Madenæ institutus est. Nemo receptus, nisi
anteā fuerit eques. Habitus instar Monachorum utuntur.
In pectore gestant exiguam rubicundam crucem, auro or-
natam; aureis calcaribus vel habenis non utuntur; matri-
monij participes fiunt, bellum contra incredulos Ethnicos
pollicentur; vocantur Fratres di Madonna vulgo, Italicè
Fratri gaudenti ob delicatam vitam, quā hodiè fruuntur.

17. Ordo

CAPUT XXII.

PRæmissis duobus CLEMATH & Spiritualibus ordinibus;
sequitur de Equitibus Auratis, qui ob singularem vir-
tutem & prudentiam ab Imperatoribus & Regibus hoc
ordine, quemadmodum Romani Equites aureo annulo,
dignantur. Quibus Solennitatibus circa investiturā utantur? an
immaculatus, fortis, nobili stemmate prognatus recipiatur?
item quatenus defensionem omnium miserabilium jurato

18. Ordo

promiss-

QK Thom
543


premittatur? Quanto honore à Rege Regir à alijsq; offi-
ciatur, vid. Sansovi. & Megis. delit. ord. equest. c. 20. De
Romanis Equitibus vid. Plin. lib. 33. c. 1. Dion. l. 48. C.
Tac. l. 17. Plin. 2. c. 2. de vir. illustr. Alcon. Ped. 2. Vere.
Benef. c. 2. Alex. Sard. de inu. l. 1. c. 28. F. Poll. l. 3. hist.
fori Rom. Alex. ab Alex. l. 2. c. 29. G. Bude. 1.
pand. C. Roffin. de orig. Rom. p. 253. Jul.
Barbar. prompt. T. 1. tit. 3. c. 8.
Cœl. Rhodig. antiq. lect. l.
6. c. 12.

F I N I S



-VOT

MO



PK
Exhib
tibus

